



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Lectori.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

LECTORI.



ONDVM *relatus in*
Sanctos IGNATIVS
erat, cum aggressus
 ego sum VITAM
eius, famaꝫ comperta
miracula, qua de ipso Petrus Riba-
denira Hispanicè iam vulgarat, La-
tinè prodere, omniaꝫ breuiori, quàm
alij fecerant, commentario lucubra-
re. Et pretium eius opera fuisse, vi-
sus est Lector iudicare, cui in paucis
annis libellus hic debuit plus sexies
recudi. Interea loci, cum IGNATIO
decernendi honores publici essent, in-
stitit Romana Curia Vitam eius om-
nem recognoscere: quam & graui
iudicio comprobata, tabulis de-
mum publicis consignauit. Qua ta-
bula quò maius habere pondus ad
omnes debent, eò plus fidei mea se
narratio sperauit inuenturam, si
cum iisdem & ipsa congruere mon-
straretur. Ea propter negotium de-
dere Praesides, ut conferrem. Vbi con-

tuli, tanta continuò huius cum illis
 concordia apparuit, ut pleraque mea
 narratio, ex ipsis tabulis deprompta
 fuisse, neque, prater styli methodiq;
 discrimen, ullâ re aliâ differre vide-
 retur. Gratulatus hac sibi concordia
 liber, in eo prater eâ laboravit, ut
 VIRTUTES IGNATII, quas ille
 eximias in vitâ monstrarat, etiam
 seorsim legendas in chartâ exhibe-
 ret; tum deinde, ut noua quedam
 eius miracula memoraret, quæ, quòd
 non dudum euenerent, Actis illis tabu-
 lisq; inferri nequierant. Ceterum nec
 ipsa mihi ex vulgi rumoribus hau-
 sta, sed omnino talia, quæ legitimâ
 auctoritate recensita firmataq; su-
 spicioni locum non relinquunt. Fruere
 tu Lector, DEVM QVE in Sanctis
 suis gloriosum agnosce mecum, &
 venerare. Roma Kalendis Augu-
 sti, M. DC. XXXIII.

S. I G N A.